

tanta aperitatem & inopia', & Indorum ingenia diuinus ita comparata sunt, vt ædificationis isto necessario vnu nihil amittant. Illud enim non extreto loco cogitandum est, & penitus prouidentum, ne dum Apostolicæ abdicationi quidam inherent, vita commoditybus delituantur, atque ita vel labore vieti, vel viribus destituti bene institutum cursum retincent. Nam qui aliquando

Luc. 10. suis dixerat, Nolite portare faccum neque peram, idem alio tempore iisdem dixit, sed nunc

Luc. 22. qui habet faccum tollet, similiter & peram. Quo in loco Bedam venerabilem audire licet,

Beda lib. 6. in Euang. Nobis quoque, inequit, datur exemplum, iusta nonnunquam causa instante quedam de nostri propofiti rigore posse sine culpa intermitti, verbi gratia, cum per inhospitales porrò regiones iter agimus, plura viatici causa, quam domi habebamus, licere portare. Indicas sanè peregrinationes notasse videri potest. Arque hæc ad difficultates Indicarum missionum considerandas hactenus dixisse sit fatis, illud postremo adiciendum puto. Indicas & commoditybus, & difficultates non ex aliarum nationum lege aut confuetudine, sed ex sua ipsarum esse mettiendas, & Dei zelo praenunte tum vero experientia duce, illud in omnibus intuendum, ut non queramus quod nobis vtile est, sed quod multis, vt salvi fiant.



DE PROCVRANDA

INDORVM SALVTE.

LIBER SEXTVS.

Breviter ea de Sacramentis attinguntur,
que rudibus Indorum Populis ne-
cessaria visa sunt.

CAPVT PRIMVM.

Quatenus modo de Sacramentis
agendum sit.



E diuinis Sacramentis admini-
strandis, quod vnu ex iis, qua
proposuimus, restat, si pro argu-
menti dignitate disserendum es-
set, magnum opus existeret, &
quod in alterius parte numerati
cum ipsum per se tantum sit, merito quodammodo
indignaretur. At nos rem tantam nullo modo,
aggredimur, qui de Sacramentis contra impuden-

E e tes

436 DE PROCVRANDA INDORVM
tes Nouatorum calumnias, & ab ipfa Ecclesia in
mago & cœcumenicō Tridentino co-
pissē grauiterque definitū, & illustres nostræ
ætatis scriptores nusquam aut vberius, aut felici-
cius quam in illis alferendis, explicandis, com-
mendandisque elaborasse, non ignoremus. Igitur
cum Hæreticis res nobis modo non est, sed ne
Catholicos quidem antiquos, & in religione con-
stantes admonendes, cohortandosve exigitam-
nos, quoniam illud insignem eruditioñem, hoc
dicendi facultatem non vulgatè requirit. Tan-
tum breuiter, ac penè curliuea de Sacramentis
atingemus, quæ rudibus Indorum populis neces-
saria videbuntur, arque in iis maxime insisteremus,
quæ per imperitiam, aut incuriam quorundam
contra veterem & Ecclesiasticam disciplinam in-
ter hōsc neophytes obrep̄sisse & percibruisse no-
tauiimus.

C A P V T II.

*Multa in his regionibus contra Ecclesie
consuetudinem geri.*

NAm ex quo tempore obedientia duce ad
has regiones Indicas venimus, non pauci
in Sacramentorum functione minus conuenienter
Ecclesiasticis institutis, nonnulla perturbatè
prositus arque ineptè geri, & diu mirati sumus, &
dolenter sepe commemorauimus. Causa mihi
cogi

SALVTE LIBER VI. 437
cogitanti nulla certior occurrit, quam quod
Euangelium non tam prædicatorum, quam mi-
litum manu in has nouas orbis nationes inue-
ctum sit: quorum societate cum imperitia con-
iuncta multa absurdè peperit, quæ accidente
consuetudine confirmata tanquam legitima ha-
bentur. Ita priores posterioribus errandi viam
minuerunt, ut vix licet doctis & piis homini-
bus veterem totius Ecclesie consuetudinem re-
stituere, habeanturque rerum Indicarum impe-
riti, qui religionem & Sacraenta Ecclesie in-
tegrè, ac pro dignitate Indis tradere cupiant.
Quid plura? Cum in Provinciali Concilio Li-
meni ab omnibus Peruensibus Episcopis, ceteris
que gravibus viris ad ea via emendanda mul-
tum operæ & studij collatum sit, arque edita ex-
tent egregia de reformatioñe permulta,
nihil tamen amplius perfectum est, quam si ab
otiosis nautis de Republ. moderanda consulta-
tum esset. Quis vero non dolet Baptismo ple-
roisque adultos initio palam, & nolto tempore
non raro ante perfundi, quam Christianam ca-
reches vel mediocriter teneant, neque an vita
flagitiosa, & superficiosa pœnitentia tangantur,
neque verò id ipsum, quod accipiunt, an
velint accipere, satis confitet: Quid illud, quod
confessiones sepe ita fiunt, ut neque Indus intel-
ligat sacerdotem, neque intelligatur ipse, quid
dicat, tam supinè parochis nonnumquam dor-
mantibus, ut neque peccatorum rationem exi-
gant, neque doloris sensum requirant, nihilque
magis current, quam ut à se quam citissime con-
fidentes ablegent. Porò Eucharistiam qua le-

438 DE PROCVRANDA INDOVRM
ge contra omne & diuinum , & Ecclesiasticum
jus non solum quotannis adulsi Indi , verum etiam
morescens ritè confessi prohibentur accipere ?
Quam si quispiam nostrum porrigit velit , & via-
tico munire migrantem , nouitatis accusatur , &
facilegij propemodum reus agitur . Quod si hoc
venerationi Eucharistiae praetexitur , cur saltē
quaso Extrema vñctio subtrahitur ? Neque in syl-
uiis tantum aut remotis oppidis , sed in ipsa no-
stra vrbe , in ipso facro Xenodochio morituri
tanto bono pruitantur . Horum familia sunt plu-
rima . Etenim matrimoniorum errata vel socordia ,
vel imperitis ministrorum admisla longum
esse enumerare . Quales sint infidelium nuptiae ,
quibus quadribus apud Indos contractae valeant ,
quaे impedimenta Apostolicis literis his neophy-
tis sublata sint , quaे etiam dum integra restent ,
pauci scire laborant . Hanc igitur tam vastam
syluam ingressi illos tantum errores refellere cu-
pimus , qui & pernicioſiores , & magis vulgares
sunt .

C A P V T III.

De voluntate Baptismo necessaria.

IGitur in Baptismo , barbaris præfertim , confe-
rendo , tria spectare debet fidelis , & prudens
dispensator mysteriorum Dei , Voluntatem , Fi-
dem , Pœnitentiam . Voluntas sane omnino co-
gnoscenda est corum , qui ad Fidei Sacramentum
aspitant .

S A L V T E . L I B E R VI . 439
aspirant , nec nisi petant , & insistent , Christianæ vi-
tae professione donandi sunt . Ecclesiæ consuetudo
tener , vt priusquam catechumenus baptizetur ,
ter interrogetur , & tertio respondeat , baptizati se
velle , quod intelligerent Sancti Patres magnum
esse Christianæ Religionis pondus , magnas Euani-
gelica turris expensas , nec nisi te admodum de-
liberata , & perspecta hominum imbecillitatem
merè rem tantam debere committi . Quod pro-
fecto non nuda cæremonia obseruandum est , sed
multo magis spiritu & veritate . Ut non solum
infidels Indi diligenter explorentur , verum co-
gnita iam , & perspecta voluntate diu in catechu-
menorum ordine tencantur , quod & instructiores
veniant & pluris faciane mysterium salutis suæ .
Quam Ecclesiæ veterem disciplinam ita in hoc
nouo orbe neglectam intuemur , vt nusquam
contra Euangelij dignitatem magis irreligiosè ,
& contra hominum salutem magis pernicioſe
peccatum esse intelligamus . Dum enim quoquo-
modo per fas , & nefas , per dolum , & vim gen-
tes barbaras Christianas efficeri properant homi-
nes imperiti , aut improbi , nihil aliud agunt ,
quam vt Euangelium ludibrio exponant , & Fi-
dei temere fulcepræ desertores certissimo exitio
afficiant . Non enim tales , vt est in Decretis
Patrum , iniuiti saluandi sunt , sed volentes , vt
integra sit forma iustitie . Equidem censerem
Prouinciali Concilio nihil grauius decernen-
dum fuisse , ac fore deinceps , nihil etiam seue-
rius vindicandum , quam vt Indi adulsi ante ba-
ptismum per annum , aut etiam amplius , nisi discri-
men mortis vrgeret , in Fidei mysteriis perdiscédis ,

*Cœ. Tol.
4. c. 55.
d. 45. De
Indiis.*

& voluntate bona confirmanda distinguntur. Ita fieret ut serias imperatram baptisimi gratiam pro magno haberent, & diligenter conferarent, quemadmodum in concedenda Eucharistia vni venisse cernimus. Sed quid agimus de iis, qui contra salutare hoc Ecclesiae institutum baptizati sunt? Certè si nullam habuisse voluntatem perspicerent, atque omnino iniuiti & repugnantes, & contradicentes baptizati sunt, nullo modo Christianum characterem accepisse existimandi sunt, quemadmodum est ab Innocentio tertio definitum, neque enim sine suscipientibus voluntate Sacramentum constare potest, quod accipere non potest, qui non præberet vtcumque consensum. Verum si voluntas nonnulla non defuit, tametsi vel vi, vel minus extorta, quia re vera charactere Christi insignitus est, cogendum est Fidem semel suscepimus conferuare, ne Christi Sacramenta magna sit iniuria, si profanum per licentiam reddatur, quod est etiam ab eodem Pontifice secundum Toletani Concilij decreta declaratum.

Illiud autem habet questionem non facilem, vtrum cum barbarus baptismum proflus ignorat, & tamen non contradicens baptizatur, vere Christianum characterem accipiat necne. Nam rei ignorantia voluntas esse non potest, cum nihil amerit nisi cognitum aliquo modo. Itaque qui interrogatus, an velit in se fieri, quod sit in aliis, aut etiam nihil interrogatus baptismum perfunditur, nihil inter baptismum, & profanam aquam dicemens, nihil ibi religionis agnoscent, is profectò quomodo velit, quod nunquam cogitauit, non facile potest dici. Cum vero Sacri Canones nihil

Ibidem.

*De baptismo &
eius effectu.
et. Maxi-
mi, §. 118
qua.*

nihil aliud tradant obstatre baptismu, quam voluntatem baptismu tenentem, & contradicentem, tuncque hoc loco hominem nihil dissentire, nihil reclamare ponamus, iterare postea baptismum, si ille falso esse velit, difficilis exempli appetat. Quam questionem ne quisquam otiosam putet, sciat apud nos esse frequentem in iis p[ro]fertim Aethyopibus feruis, qui ex Cabouerde aportantur. Hos enim si conuenias, an Christiani iam sint, audies non raro, sese cum essent impuberis simul cum aliis plurimis in nau, aut litore deprehensos baptizatos esse, cum certè quid secum ageretur, ignorarent nisi quod multi simul a clero, aut milite quopiam aqua aspergebantur, & exinde Christianos se fieri audiebant, cum neque hoc etiam ipsum quid esset edocerentur, neque rem ipsam penitus intelligerent, & homines barbari iumentis similes, minime quid illud esset sciire curarent. Digladiantur quidam, vtrum si neutra voluntas detur, baptismus sit tatus. Diuus quoque

*Caiet. 3:
p. 9.68.
art.7.*

Augustinus non parum haeret in fine librorum de baptismu, vtrum baptismus per jocum & non serio collatus habendus sit certus ac constans. Vbi D. Aug. l. 7. de Ba- ita scribit: Soler queri, vtrum nihil interstit quo p[ro]fano animo accipiat ille cui datur, cum simulatione, *etiam De-* an fine simulatione; si cum simulatione vtrum *utatis,* fallens an jocans sicut in mimo. Et quibusdam interpositis quibus se Ecclesiae iudicium expectare *e[st] 5.3.* ea de te profitetur, adjungit, Nequam dubita- *De conf.* rem habere eos baptismum, qui vbicumque & à quibuscumque illud verbis Euangelicis consecra- *d. 4.4.5.50.* tum sine sua simulatione & cum aliqua fide accep- *lta.* tissent, quanquam eis ad salutem spiritualem non

442 DE PROCVRANDA INDORVM
prodefse, si charitate caruissent, qua Catholica: in-
fererentur Ecclesie. Et mox, ubi autem, neque so-
cetas eset illa ita credentium, neque ille, qui ibi
acciperet, ita crederet, sed totum ludicre & mimi-
cē, & joculariter ageretur, utrum approbadus es-
set baptifimus, qui sic daretur, diuinum iudicium
per alicuius reuelationis oraculum, concordia oratione,
& impensis supplici deuotione gemitibus
implorandum esse ceterem. In hac ergo dubitatione
cum de voluntate Indi, aut Æthiopis temere
baptizari queritur, illud mihi certum est, si satis
meminist le sine simulatione, & cum aliqua fide, ut
Augustinus dixit, suscepisse baptismum, hoc est, in-
tellexisse illud esse ritum aliquem Christianorum,
atque ita in se fieri permisisse, quamvis cetera
Christianæ religionis non sit edocetus, approba-
dum esse baptismum, minimeque repertendum. Re-
enim vera confensiose putandus est, qui cum vide-
ret in se fieri quod ad Christianam religionem
pertinere vtcunque sciebat, non contradixit. Quod
si nullo modo quid esset baptismus, agnouisse, neque
illum à profana & quacunque alia aspersione dis-
tinxit, penitus Christi, & Ecclesie. Fidem igno-
rans, non magis voluisse intelligendus est, quam
si dormiens, aut amens baptizaretur, cum nulla
antea eius significatio existisset. Quem fanè nullo
modo baptizatum esse ego non dubito, quemad-
modum ne illum quidem, de quo Augustinus valde
dubitauit, qui per jocum prorsus, ac non serio ba-
ptizaretur. Nam & dissentient, atque abnuere pu-
tandus est, qui contra vetus institutum suum ali-
quid noui prorsus ignorans accipit: & satis est cum
nullam baptifini voluntatem habere, neque ex-
pressam,

De ba-
ptismo, c.
Maior, §.
iti que-
runtur.

SALVTE LIBER VI 443

prefiam, neque interpretatiuum, quam in adul-
tis ad substantiam sacramenti requiri sanior, &
certior Doctorm sententia habet. Ac satis id
docuisse Innocentius III. videtur, cum de ba-
ptismo dormientis aut insani improbando, si ant-
tecedentis voluntatis signa non extent, senten-
tiā tulit. At verò cum neque barbarus ipse fa-
tis exploratam habet præteritam voluntatem suā,
neque notitiam illius temporis, neque verò in-
dictiis manifestis percipi res potest, quod fre-
quentis est in hac superiorum temporum perturba-
tione, & barbarie, salutare consilium Alexandri
III. sequendum est, & conditione adhibita ba-
ptismus iterum conferendus. Ponò voluntatem
parentum in baptismo parvulorum suorum ad
substantiam sacramenti necessariam esse, quamvis
afferant quidam, rectè tamen afferi non potest. Sed
ramen parentibus iniuris, si infideles sint, corum
parvulos non esse baptizandos, quanquam non
sine patrocinio nobilium authorum vtrinque in
scholis res agitur, tamen Thomæ sententia &
Ecclesie confutudine & Concilij Provincialis
authoritate longè præferenda est, dummodo in
mortis periculo constitutū parvulum nulla expe-
cta parenti voluntate baptizare licere & decere
quoque cōcedamus, quod authores quidam pī &
docti pro illorum salute defendunt, & à nostris
aliquando cum laude factū meminimus. Cū
verò ex duobus parentibus alter filium parvulum
Christianum fieri vult altero repugnante & con-
tra nitente, iuxta Concilii Tolctani, & Limentis
decreta, baptismo fauendum est, & illius ius pre-
ferendum, qui de filij salute melius cogitat. Atque qui
huc

De ba-
ptismo, c.
De qui-
bus. Dur.
in 4. diff.
4. q. 6.
Pal. 4. *

Contra
sententie
Cai. 3. p.
q. 63. ar.
10. & So-
tus in 4.
4. 5. 6. 10.
D. Th. 2.
2. q. 10.
4. 11. Con.
Lim. Cif.
27. 30.

in 4. c. 5.
ar. 10. in
fine, item
confirmat

Cic. Lim.
Conf. 3. 7.
Cic. T. 2.
4. 6. 5. 1. 8
q. 1. 14. 4. 6

444 DE PROCVRANDA INDORVM
hac de voluntate baptismum suscipientium obi-
ter attigile sit satis.

C A P V T I V .

De Fide & Paenitentia ad baptismi gratiam necessaria.

FIdem verò in Dominum Iesum Christum , &
15.20. Paenitentiam in Deum , quam Paulus praedicabat in gentibus , Petrus ab Hebreis exigebat , necessariam esse , ut baptismus non solum Christi militem faciat , sed gratiae etiam & salutis donatiuo officiat , nemo est tam ineptus , qui dubitet . Verum qua Fidei mensura exigenda sit in catechumeno , & quibus modis agendum , ut fatus instruētus , & firmus veniat ad lauacrum Christi , fatus est in libro superiori explicatum . Paenitentiam autem hoc est antea cuncte vite veram detestacionem , atque in posterum firmum corrigendam consilium , ratus est certè in Parochis , qui pro dignitate requirat . Nam & pristinæ superstitioni vulgo hærent , & concubitus nefarios retinent , & ebriositatem suam non deponunt : plerique honoris causa baptismum ambiunt , ne ab Ecclesia arceantur , nonnulli vt Hispanis Dominis ea in re gratificantur , atque eiundemodi fictionibus apud barbaros plena sunt omnia , nostra certè maxima ignavia , qui supini , atque oscitantes ea de re cogitamus , digni certe , qui tanti sacrilegij penas Iuamus . De hac vita
emendatio

S A L V T E . L I B E R VI . 445
emendatione curanda & exploranda in competentibus multa antiqui Canones , multa noua synodalia decreta præclarè præcipiunt : sed facile omnia contemnuntur ab iis , qui quæstum amant , salutem hominum , & Christi dignitatem non amant . Itaque ex antiqua Ecclesiæ consuetudine perquam commodum mili videtur , vt catechumeni aliquot dies , si mensis longum esset , icumniis & precibus aliisque piis operibus pro facultate sua exercerentur ante baptismum , tum verò vt testimonium ferrent temperante scà flagitioso concubitu , ab omni superstitione gentilica , præcipue ab ebrietate , Ecclesiam quoque frequentant , & omni officio vita superioris emendationem declarasse . Ita fieret , vt paratores venirent , & quam tardiu probati gratiam adipiscerentur , non ita facile reuersi ad vomitum corrupti essent . De qua re legi Gratianus potest in quarta distinctione de consecratione , & ceteri , qui de cæchesi , & præparatione baptismi necessaria copiosè scripseré .

C A P V T V .

De iis , qui se baptizatos vel negant vel mentiuntur.

DE iis verò , qui baptismum vel datum fibi esse mentiuntur , vel acceptum iam à se negant , cum sit vtrumque pars sacrilegij & periculi , merito synodalia decreta caueros esse Paro-

chos

chos iubent. Sunt enim qui reuera baptizati non sunt, cum tamen Christianis nominibus appellentur, & Ecclesiastica mysteria conuentuque frequentent. Hoc ex temporum superiorum perturbatione accidisse constat. Atque in horum aliquot nos incidimus, qui cum diu Christiani haberentur, & Joannes, aut Francisci, aut Petri vocarentur, tandem concionibus nostrorum permoti simulatione deposita baptizari se postularunt, & te diligenter discussa, inuenient eis eos non fuisse vera Christianos, sed a parentibus Indis subtraetos per Hispanicos Dominos ciuismodi nominibus fuisse donatos. Nonnulli quoque Aethiopes cum sepe confessiones annuas perceperint, rogati aliquando ea de re se nunquam esse baptizatos aperte confessi sunt. Erit igitur adhibenda non exigua diligentia praesertim erga aduenas & ignotae regionis homines. Contra alij ea occasione se baptizatos sepe dissimulant, baptismumque suplices petunt, quem re vera iam accepertunt, eo fane confilio, ut vxores nouas ducere liceat, cum veteres disperlicant. Eum facum prudentiores Parochi reprehendere solent. Ne igitur, vel grandi sacrificio iterato sacramento contaminentur, vel à necessario exclaudantur, vigilare Sacerdotes oportet. Et cum res liquido constare non potest, atque is qui baptismū petit, alioqui testimonium habet integratis sive probabilique viriis; ratione dubia prudenti viro causa sit, Beati Leonis dictum salutare seruandum est, de iis, qui in capiuitate positis parentibus nati sunt, & baptizatine sint, certum esse non potest, quorum potius saluti consilendum docer lauacro regenerationis

*Lxx. ep.
34. c. 1.
De Conf.
d. 4. cum
is que.
Idem in
ep. 90. c.
16. De
Conf. d. 4.
c. si nul-
la.*

rationis adhibito. Quia quod non ostenditur ges-
tum, ratio non finit, vt videatur iteratum.

CAPVT VI.

De Sacramento Confirmationis & illius materia.

Hec pauca de baptismo Indorum: neque vero pluta de facti Chrysostomis sacramen-
to dicenda sunt. Ac bene habet sane, quod Confirmationis sacramento neophyti nostri priuati non sunt: tametsi partim penuria Episcoporum partim fortassis negligencia, raro eam gratiam Indi consequantur. Illud hoc loco, pro instituto nostro dicendum est, materiam huius sacramenti à Doctoribus, & Florentino Concilio tradi, Chrysostom ex oleo, & balsamo ab Episcopo confercatum. Dubitant vero multi, an balsamum re vera ad efficiendam sacramenti pertinet: & plerisque assentientibus, Sorus, & Caietus graues authores negant, qui si de vero balsamo loquuntur, omnino tenendi sunt, cum eorum sententiam satis Apostolica Sedes confir-
*Caiet. 3.
p. 9. 72.
ar. 2. Sor.
in 4. d. 7.
ar. 2.*
masse videatur. Exstat enim indulsum à Pio Quinto Pontifice maximo Episcopo Tucumanensi datum, quod nos ipsi in autographo vidimus, vt in hac Occidentali India, liceat in confectione Chrysostomis pro vero balsamo sucum quandam adhibere, natuum his regio-
nibus, qui balsami odorem, & suavitatem
maxime

448 DE PROCVRANDA INDORVM
maxime refert. Non igitur verum balsamum de-
essentia est sacramenti, nisi malis materiam sa-
cramentorum Ecclesie subdi, quod omnes vici
docti repudiant.

C A P V T VII.

De Eucharistia percipienda diuinum esse praeceptum.

Sequitur ut de Eucharistiae perceptione dicamus, à qua genus Indorum latissime exclusum, adhuc homines docti, & p̄ij frustā conqueruntur. Quem totum locum ut commodius explicemus, dicendum erit de ipso iure diuino, & Ecclesiastico percipiendi Eucharistiam: tum quid de consuetudine hucusque seruata sentiendum sit, & de salute eorum, qui sine viatico celesti de vita decedunt: postremo quid deinceps fieri expediat, admittendine sint an excludendi à sacris mysteriis Indi? Ac primum non parva questio est inter Theologos, Vtrum re ipsa sumere Eucharistiam iurius diuinum praeceptum sit.

*Bona. in 4. d. 11.
art. ult.
q. 1. alex.
Fales 4.
p. q. 1.
numb. 4.
Caiet. 3.
p. g. 3. ar.
11. & 12.*

Quidam enim non aliam, quam Ecclesiastice constitutionis vim agnoscunt, quorum potest videri non improbabilis sententia, quod videamus Ecclesiam quibusdam dare, quibusdam negare.

Ecclesie confusus agitur spiritus: de qua re & antiqui Canones complures sunt, & quarundam hodie quoque Provinciarum

mos

S A L V T E. L I B E R. VI. 449
mos est, vt ij, qui per publicos magistratus ad supplicia ducentur, non communicentur. Arqui ius diuinum Ecclesia tollere, aut immutare non potest. Non ergo iuris diuini est, vt homines etiam in vita fine Eucharistiam accipiant. Addo quid verba Christi, quibus maxime apud Ioannem necessaria ad vitam eternam carnis & sanguinis Christi perceptio perhibetur, àquæ de omnibus loquuntur, adulteris, inquam, & parvulis, vt Augustinus scrupulose adjectus Pelagianos contredit, præcipue libro primo de peccatorum meritis, & remissione, quod etiam Innocentius primus in epistola ad Concilium Mileitanum aperitiissime docet. At verò parvulos sacramento altaris imbuī, quicquid Græci, & Boëni Hæretici contradicant, vtque adeo non est necesse, vt contraria potius confutetur in Ecclesia Dei, & olī si qui Patres parvulos communicandos putarunt, nulla id salutis necessitate fecisse, sine controversia credendum est, vt Synodus Tridentina communio. Hæc igitur cogitanti mihi, tum verò ad huīs occidui orbis Ecclesiæ oculos converuenti, nihil iuri diuino repugnare, si iam baptizati adulti Eucharistiam nunquam percipient, pene persuasum eset, nisi me inde reuocare non modo D. Thomas illiusque sc̄tatorum authoritas, quæ apud me valer plurimum, sed etiam perspicua atque efficax, quantum ego sentio, ratio. Si enim sacramenti cuiusque necessitas ex ipsis significatione intelligenda est, vt Ecclesia confusus docet, & baptisatum idcirco ad vitam necessarium omnino fatemur, quod spiritualis generatio sit, nemo autem vivere queat,

*Aug. lib.
1. de Pe-
cat. meri-
tis. c. 10.
Innoc. 1.
ep. x. in
Re scripta.
ad Cone.
Mil.*

*Cone.
Trid. sef.
21. c. 4.*

*D. The. 3.
p. 9. 80.
ap. 11.
Dom. Sot.
in 4. d. 12.
q. 1. a. 11.
Petr. Sot.
De Eu-
char. lec.
9. Pal. in
4. d. 9. q. 1.*

nilsi

450 DE PROCVRANB INDORVM
nisi nascatur: Remittentie quoque sacramentum
necessarium agnoscamus lapsis post baptismum,
quod in eo per claves Ecclesie ianuam aperitur
regni celestis, qua oculata nemo introire possit
in regnum: cum Eucharistia cibus sit anima, Isa. 3.
idque ex ipsa materia & institutione Domini
apertissime confit, qua oblecto ratione existi-
mam possumus, nisi insinuimus, tam pretiosum,
tam salutare cibum a Salvatore nostro institu-Iam. 6.
tum & commendatum fidelibus, quibus tamen
liberum sit vel nunquam illum ore contingere.
An est minus necessarius vita quando cibus,
quam medicina lethali languori curando? Nam
qui ut hinc evadant, Christum manducari spiritu-Matt. 28.
aliter a fidelibus posse aint, etiam sacramen-1. Cor. 11.
tialiter non manducent, atque eo cibo vitam
animae ali, vera illi quidem afferent, sed nihil de
argumentationis robore immuniuntur. Etenim spi-
ritualiter Christi manducatio etiam veteribus Pa-
tribus communis fuit, vt Apostolus sane confir-
mat, Omnes, inquit, in mari & in nube bapti-
zati sunt, & omnes eandem spiritualem
manducauerunt. Attamen populus Christianus in
novo testamento sicut ad vitam generationem ac-
cepit baptismum, ita etiam ad vitam iam accepta
alimentum accepit Eucharistiam. Ipsum ergo
Christum sacramentaliter sumere debet ad vitam
spiritualem conferuandam, sicut in ipso Christo per
baptismum necessario nascitur. Neque mihi pla-
ceret, vt re ipsa atque actu accipere hunc panem
ad vitam anima sustentandum opus sit; fatis esse
non dubito, vt voto accipiat ab eo, qui non
est idoneus actu accipere, dummodo re ipsa,
atque

SALVTE LIBER VI. 451
atque actu aliquando suscipiat, quemadmodum
de baptismo, & Confessione Sacramentali Fides
Catholica sentit. Etenim sicut de baptismo di-
ctum est a Domino, Nisi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu sancto non potest introire in Re-
gnum celorum, ita etiam ab eodem de Eucha-
ristia dictum est, Nisi manducaueritis carnem filij
hominis, non habebitis vitam in vobis. Et sicut il-
lic legimus, Ite docete omnes gentes, baptizantes
eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti;
etiam hic: Hoc facite in meam commemora-
tionem. Nam quod illa Domini verba, de Fidei man-
datione tantummodo intelligenda quidam vol-
lunt, grauior & periculosè labuntur. De vitaque
enim mandatione & Fidei, & Sacramenti Christi
loquitur Christus de Sacramentali manducatione,
que tantum Fidelibus baptizatis in hac vita
positis conuenient potest: beatis & antiquæ legis
patribus conuenient non potest, qui tamen Chri-
stum spiritualiter manducauerunt. Quod si hac
tam illius scriptura verba nulla essent, si nulla
etiam cibi significati ratio haberetur, illud tamen
abundè esse deberet, quod Ecclesie preceptum de
communicando ex Concilij Lateranensis tempore
legimus, vsum vero & perpetuum & vniuersale
ex ipso Spiritus sancti aduentu cerimus, sentire
vero fidelibus liberum fuisse tunc penitus à com-
munione abstinere, vel ad id humano non divino

FF institu

452 DE PROCVRANDA INDOVRVM
instituto vocatos esse , magna profecto imperitie
est . Neque enim Ecclesia de sacramentis percipi-
endi solet ferre leges , sed quibus temporibus
necessariò sumuntur , & qua ratione definire , id ad
se pertinere proprie agnoscit . Est ergo est iurius di-
uini præceptum , vt omnes adulti iam baptizati
aliquando communicent . Tempora autem perci-
pienda Eucharistia duo præcipue sancta mater
Cenil.
Nic. cap.
13. 26. 9.
6. De bu-
ver. & in
Cot. Car-
tha. 4. c.
77. Cone.
Lett. c. 21
Cone.
Tri. sef.
13. 9.
Ecclesia definit : viuum cum quis mortis angu-
stias , aut periculo premitur , tunc viatico necessario
iunctandum faci Canones statuunt : alterum
quotannis in Dominico Paschate , de quo præcep-
tum extat Lateranensis Concilij ; & Tridenti-
nus Canon in hac verba , Si quis negauerit om-
nes , & singulos Christi Fideles vtriusque sexus ,
cum ad annos discretiops pertenerint , teneri singulis
annis saltem in Paschate ad communican-
dum iuxta præceptum sancte Matris Ecclesie ,
anathema sit .

C A P V T VIII.

Quod quamvis diuinum præceptum sit
de communicando , possit tamen Ec-
clesia pro iudicio suo communionem
negare .

CVm igitur & diuinum ins secundum sanio-
rem & certiorem doctrinam , & Ecclesiasti-
cum præceptum secundum Fidem Catholicam ,
habeat

SALVTE. LIBER VL 453
habeat , vt omnes adulti iudicij compotes sacra-
mentum altaris accipiant , magna mihi quæsto-
& antehac , & modò maximè vifa est , quid de
seruato hucvique more in hac noua Occidental
Ecclesia sentendum sit , ybi Indi adulci iam bapti-
zati , idemque legitimè peccata confessi , neque
semel singulis annis , neque verò mortis urgente
discrimine communicantur , adeoque id viu rece-
ptum est , vt si contra fieri contingat , non leue
scandalum homines putent . An debet confutu-
do hoc inter eas numerari , quas Augustinus sa-
pienter pro varietate locorum varias esse in Ec-
clesiis seruandas docet ? At ille in iis tantum cam
facultatem tribuit , que non sunt contra Fidem
Catholicam , & Conciliorum Generalium de-
creta , quale de communicandis adulcis omni-
bus esse , dubitare non possumus . An verò harum
regionum homines tandem absurdè contra Eccl-
esiasticam disciplinam , & Euangelicam legem er-
rasce arbitrabitur ? At multi Praefules , & docto-
res sapientia , & religione præstantes eiusmodi
morem , vel probarunt , vel certè dissimularunt .
An potius quod hactenus factitatum est , ita non
penitus improbarē debemus , vt corrigi tamen &
in meliorem viam transferri oportet ? Mihi sa-
nè ita videtur : vt & modestè de hac Ecclesia noua
sentiamus , & tamen veritatem Euangelij , fa-
luti præsertim Indorum tantopere necessariam
asseramus . Quod vt facilius intelligatur , oportet
illud diligenter aduertere , quod quamvis diuini
& Euangeli ci iuris sit , vt Christianus aliquando
communicet , potest nihilominus illum Ecclesia
à communione suspendere non solum ad defini-

Aug. ad
Ianuarium
ep. 118.
Op. 119.

454 DE PROCVRANDA INDORVM
tum tempus, sed etiam per totam vitam, & quod
mirabile est, ipso mortis virgente periculo potest
priuare viatico, neque tamen vila ex parte ius di-
uinum voluntat. Id ita esse complures antiquorum
Conciliorum Canones apertissime monstrant,
quibus propter varias cauas etiam veré pénitentib-

*Cone. E.
lyberini
¶ 1. tom.*

*anno. 1.
pi. 3. c. 2.*

timis cum de vita excent, non esse concedendana
Eucharistium legimus. In uno Elyberino Concilio
omnium propemodum Provincialium antiquissi-
mo, plusquam septem aut octo canones ob varia
commissa, neque in fine communionem accipien-
dam esse decernunt. Ac nequis vel Provincialis
Concilij autoritatem, non magni faciat, vel pecu-
liarem aliquius regionis & Ecclesiae eam seuer-
itatem putet, legat beati Innocentij Papæ episto-
lam ad sanctum Exuperium Episcopum Tolosa-
num, cuius verba recitate placet, Quicquid est, in-
quit, quid de his obliterari oporteat, qui post ba-
ptismum omni tempore incontinentia & volun-
tatis dediti, in extremo fine vita sua, pénitentiam simul, & reconciliationem communione
exponunt. De his obseruatio prior, durior: poste-
rior interueniente misericordia inclinatio est.
Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur
eis pénitentia, sed communio negatur. Nam
cum illis temporibus crux persecutiones essent,
ne communionis concessa facilitas homines de
reconciliatione securos non reuocaret a lapsu,
negata merito communio est, concessa péniten-
tia, ne totum penitus negatur, & diutinem remis-
sionem fecit temporis ratio. Sed postquam
Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, iam
deplusu terrore, communionem dari abeuntibus
placuit

SALVTE LIBER VI. 455
placuit, & propter Domini misericordiam quali-
viaticum profecturis. Quem morem Pontifex ipse
Innocentius deinceps retinendum decernit, magna Nicæna Syhodi authoritatem fecerit, cuius
decimus tertius canon habet: De iis qui exce-
dunt, antiqua & canonica lex hunc quoque fer-
ebitur, ut si quis vita excedit ultimo & maxime
necessario viatico ne priuetur. Quamvis ergo hoc
decretem Nicænum toto orbe terrarum perpetuo
obtinuerint, tamen negare non possumus anti-
quiores Patres etiam in extremo vite fine qui-
busdam pénitentibus viaticum detraxisse: ne-
que ca in re sanctissimos viros, atque doctissimos
diuino precepto restituisse sentire sine impudentia
possumus, cum præsertim Innocentius primus
merito id factum aperte facatur. At, tu ipse, di-
cet aliquis, diuinum & Euangelicum de Eucharis-
tia sumenda preceptum statuis: statuo sanè, sed
ita tamen vt Christus Dominus Ecclesiæ sua
commiserit, quando, & quomodo, & à quibus
Eucharistia sumeretur. Itaque potest illa legitima
ex causa, & tempus prorogare, & omnino su-
spendere aliquem à communione: sicut potuit
eadem aliquando infantes communicare proba-
bili ex causa, & mox id prohibere ex causa: po-
tuit plebem veraque specie communicare, &
mox id ipsum lege vetare. Nam ubique quidem
illa in dispensatione Sacramentorum potestate
maximam habet diuinitus datam, sed nusquam ita
illustrem atque perspicuum, arque in hoc omnium
diuinissimo Sacramento, quod profecto præclare
docent Tridentini Patres, in illis verbis, præterea
declarat, hæc potestar, perpetuo in Ecclesia fuisse,

26.g.6.6.
de hiis vix
rō.

vt in sacramentorum dispensatione falsa illorum substantia ea statueret , vel mutaret , quæ suffici-
piunt utilitatē seu ipsorum sacramentorum ve-
nerationi pro tertum , temporum , & locorum va-
rietate magis expedire iudicaret . Si quis ergo ex
me pelle , & scholastice querat , qualenam sit de
Eucharistia percipienda diuinum præceptum , il-
lad sine dubio reponitur sum , vt omnes Christi
corpus ab Ecclesiâ datum accipiant . Neque enim
iubentur arripere ipsi , sed de manu ministrorum
sumere : à quibus & petere debent , & cum illi
tribuant , non possint perpetuo renare , nisi di-
uino iure violato . Neque vero , in quo questionis
est nodus , propterea ministri Ecclesiæ , & dispen-
satores sacramentorum Dei coguntur , aut omnibus ,
aut omni tempore porrigit Eucharistiam ,
sed suo iudicio Ecclesiâ vii diuinus sinitur , vt
vel subtrahat in tempore tritici cœlestis mensu-
ram , prout in Spiritu sancto expedire iudicau-
erit . Nam ad hunc ferè modum scholastici scri-
Sot. in 4.
d. 20. q.
2. 47. a.
ptores quidam diuinum de satisfactione præ-
ceps interpretantur , vt satisficeret quivis debeat
pro modo sibi ab eo qui habet Ecclesiæ claves
imposito . Itaque potius Ecclesiâ hac Indicana
neophytis suis Eucharistiam subducere , nullo
violato neque diuino , neque Ecclesiastico præ-
cepto . Diuinum sanè , vt dixi , non cogit minis-
tros Ecclesiæ iudicio suo non vti : Ecclesiasticum
vero licet magis expressum definitumque sit , ta-
men cum Sacerdoti audita penitentis confessio-
Cenc.
Lois. et. 1.
ne facultas tribuatur in magna Lateranensi Sy-
nodo , vt si ita expedire cenuerit , differat à com-
munione etiam in Paschate penitentem , quod
olim

olim frequentissimum erat , facile interpretari
possumus , non esse sublatam Episcopis , & maioribus Ecclesiæ potestatem differendi per vitam
rotam hominem , aut hominum aliquod genus ,
cum ita expedire magnis rationibus iudicauer-
int . Atque hæc è me dicta perihent , quod
huius Ecclesiæ præfatis & doctoribus cam
notam inuicem minimè velim , vt contra diuinum ,
& Ecclesiasticum præceptum tandem , & eisife ,
& agere exultementur . De qua tota te Concilij
Limenis sententiam subiiciam : Quamvis omnes
Christiani adulti vniuersque sexus præcepto te-
nentur sanctissimum Eucharistî sacramentum
accipere singulis annis saltem in Paschate , tamen
huius Provinciæ Antilites cum adiuterent gen-
tem hanc Indorum , & recentem eis , & infantilem
in fide ; atque ita iporum saluti expedire
iudicarent , statuerunt , vt usque dum fidem per-
fectè tenerent , hoc diuino sacramento , quod est
perfectorum cibus , non communicarentur , ex-
cepto si quis ei percipiendo fatus idoneus vi-
deretur .

CAPVT IX.

Quod omnino expeditat priori consuetu-
dine emendata , Indos fideles
communicare .

V Erum hæc hactenus disputata sunt , vt licere
aliqua ratione neophytes à communione
differe

458 DE PROCVRANDA INDOVRVM
differre non improbemus: at hoc ita vniuersitate &
perpetuo fieri, vt in his regionibus ferè sit, nullo
modo probare possumus. Itaque corruganda est
proflus consuetudo ista, & tam antistitium autho-
ritate, quam virorum literatorum doctrina ab
hoc novo orbe exterminanda. Quoniam in
illo eodem Concilij Provincialis decreto, post-
quam prior consuetudo aliqua ex parte excusat-
tur, in posterum tamen ita mutatur atque corri-
gitur: Quoniam verò cöplures iam Indorum fidei
Christianam doctrinam melius percipiunt, atq; hoc
diuinum Sacramentum non solum deuotè cu-
piunt suscipere, verum etiam petunt, & vt si sibi
copia, imporrune efflagitant, placuit huic sanctæ
Synodi monere, prout ferè innotet, omnes Indo-
rum Parochos, vt quos auditia iam confessione
perficerint hunc coelestem cibum à reliquo corporali
discernere, atque eundem deuotè cupere
& poscere, quoniam sine causa neminem diuino
alimento priuare possumus, quo tempore ceteris
Christianis solent, Indis etiam omnibus adminis-
trent. Quæ pia fane, & satis consulta constitutio
nihil magis, ex quo edita est annos iam nouem
obseruatur, quam reliquo retro tempore: vt hinc
satis appareat, non venerationi Sacramenti ce-
lestis aut neophytorum saluti plerosque sacerdo-
tes confiserent, sed otio & ignauia indulgere,
cum religionem, & prudentiam in neganda Euc-
haristia perquam ambitiōsè prætexant. Quam
ergo magnopere expedit nouos Christi milites
communicare illo pane, qui cor hominis verè
confirmat, etiam si rudes illi sint, & tyrones,
ostendit in primis totius Ecclesie Catholice ab
ipsis primis exordiis cōsuetudo, qua Spiritu sancto

Eadem
confl. 58.

SALVTE LIBER VI. 459
duce omnes Christiani ex ipso fonte Baptismi ad
Sacrosancta mysteria percipienda perdecebantur.
Adeo in Ecclesia Dei certum fuit, quibus esset la-
vacrum regenerationis legitimè datum, eis cœle-
ste alimentum concedi debere. Testes multi pro-
duci possent, sed vnu nobis Dionysius Apostoli-
ci, & temporis, & Spiritus fatus erit, is sacros ri-
tus baptismi enarrans, ita scribit, Sacerdotes illum
velut baptizati munditia congruam induunt,
sicque indutum rufus ad Pontificem ducunt, ille
diuino ac deifico profus vnguento virum signans
sacrissimam communionis participem facit.
Et mox tractata intelligentia baptissimi mystica, ita
rem absoluit, In fine autem omnium Pontifex
ita perfectum ad sacrissimam Eucharistiam vo-
cat, atque consummantium illi Sacramentorum
communionem deificam tradit. Hec Dionysius.
Quod vñque adeo in Ecclesiis seruatum est, vt eos
etiam quos minus considerat baptismi abluros
esse confarer, tamen à communione non prohibe-
rent tanquam suo iure id exigentes. Constat
hoc ex Concilio Toletano, vt alia omittamus, Cœc. Tol.
Qui autem iampridem ad Christianitatem venire
coacti sunt (sicut factum est temporibus religio-
sissimi Principis Silibuti) quia iam constat eos
Sacramentis diuinis associatos, & baptissimi gra-
tiam suscepisse, & Chrismate vñctos esse, & cor-
poris Domini, & sanguinis extitisse particeps, &
cetera. Hec sane Ecclesie consuetudo iniulata
fuit, quod nimurum Sancti Patres censerent sine
Eucharistia neminem esse perfectum Christianum
atque constantem. Adeoque id verum est senten-
cia illorum, vt beatus Augustinus eos, qui non
commu-

Dionys. de
Ecccl.
Hier. c. 2.
p. 1.

f. 2. 26. 3.

4. 6. 55.

communicant non plenos Christianos, sed semi-Christianos, aut nondum Christianos definire videatur: Ita enim scribit in Ioannem, Si dixerimus Catechumeno, Credis in Christum, responde, Credo, & signat se cruce Christi, portat in fronte & non erubescit de cruce Domini sui. Ecce credit in nomine eius; interrogemus eum, manducas carnem filii hominis, & bibis sanguinem filii hominis? Necit, quid dicimus, quia Iesvs non se credit ei. Et post pauca, Accedit ad illos Iesvs, facit in illis salutem, quia ipse dixit, Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam, & mox, Quo traxicet per baptismum Iesvs, cuius figuram gerebat Moyles, qui per mare traxicet? Quod traxicet? Ad Manna, quid est Manna? Ego sum, inquit, panis viuis, qui de celo descendit. Manna accipiunt fideles iam traxici per mare rubrum. Significabat mare illud rubrum baptismum Christi, quod ergo perducit credentes & baptizatos? Ad manna. Et neciunt Catechumeni, quid accipiant Christiani, erubescant ergo, quia neciunt, transiit mare rubrum, manducent manna: ut quomodo crediderunt in nomine Iesv, sic se ipmis credat Iesvs. Haec nus Augustinus. In eorum ergo numero respondendi sunt, qui non accipiunt coeleste manna, quibus Iesvs se ipsum non credit, hoc est inter semi-Christianos, & qui Catechumenorum ordinem non excelsere. Quantopere autem referat ad fidem confirmandam, ad spem augendam, ad charitatem dilatandam, ad omnem denique Christianae vite rationem promouendam, celestis illius panis frequentatio, ne-

mo

mo est profus qui dicendo latius consequi possit. Vnde, obsecro, tantus fidei ardor initio nascientis Ecclesiae: Erant, inquit, perseuerantes in doctrina Apostolorum, & orationibus, & fractione panis. Ad. 1.
Vnde ad calcandum mundi fastum, vnde ad sustinenda martyria iniuncta virtus? Vnde ad glorificandum Christum inter gladios & ignes tanta illa alacritas animorum? Ex illa, ait Chrysostomus, mens tanquam Leones ignem spirante ipsi diabolo formidabiles discedamus. Quid Cyprianus? Idoneus esse non potest, inquit, ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad praelium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit. Multum planè, & supra quam dici potest baptismus homini confert, multum cætera Sacra menta: sed si in hoc omnium Sacramentorum summò, imperfecta cetera sunt, neque vitam Christianam, quam inchoant aut promouent, perficer possunt. An non Dionysius idoneus author est, cui fidem habeamus? At ille sic scribit: Dicimus ergo cetera sacramentorum rerum signa, quorum nobis locetas indulgetur, hiujus diuinis profecto consummatibusque muneribus perfici. Neque enim fermè fas est sacerdotalis munera mysterium aliquod peragi, nisi diuinum istud Eucharistia augustissimumque Sacramentum compleat. Vtq; adeo Sancti Patres nolunt Christianos Sacramenta ceteris esse contentos. Quid ergo nos tam stolidi, vel querimus, vel miramur Indorum gentem nondum firmas in fide, & religione Christiana egisse radices? Baculum panis auferimus, vt Propheta loquitur, & imbecillitatem miramur? Famelicis alimenta diuina subtrahimus, & maciem graefusque titubantes

Eze. 4.

Diony. de
Eccl. Hie.
c. 3. p. 2.

Chry. ho.
61. ad
pop. Ant.
Cyp. l. 1.
epis. 1.

Psal.101. tes accufamus? Propheta se percullum, ut fenum & aruisse cor suum dolet, quod oblitus sit comedere panem suum: quid agent, qui nunquam illum etiam degustarunt? Nos tamen nihil tot in Christo parvolorum seruitutem interitumque dolentes.

Thren.2. Cum deficiat parvulus, & lactens in plateis oppidi, hoc est, cum recens in Christo nati nobis spectantibus, & tacentibus in media Ecclesia intereant pre fame, & quidem cum insit ipsi, arq; audiē diuina Sacra menta poscant, non est qui porrigat, omnes deditgantur, omnes auferantur miferos, vt verē videamus impleri, quod sermo diuinus statim adjungit, Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum? Cum deficeret quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in

Psal.103. sinu matrum suarum. Quod si panis hic coelestis

propriè cor hominis confirmat, si sensum mentis illustral, si aduersus pericula & hostiles imperii munis, si denique vnu vitam spiritualem conseruat & perficit, quid aliud querimus, cur deficiente pane corrunt isti vñlquaque ad proximum suum, & contabescant in iniuriantibus sis? Re

Ezecl.4. vera deficiunt in via Domini, quia contra Dominum praeceptrum simuntur abire jejuni. Contra quicunque hoc cibo reficiuntur, à facie frumenti multiplicantur, & vires quotidie nouas sumunt. Docuit hoc vñs ipse copiose. Nam quotquot ex Indorum genere à nostris (qui contradicibus ceteris id aut aggressisque sunt) communicantur hactenus ea puritate, eo animi robore, eo fidei sensu, iis de-

Marc.7. nique vita vniuerſa studiis, ceteris praefant, vt metit̄ sacerdotes ipsi mirentur, atque ingenuè cōſteantur ampliores, & illustriores hujus super-

coelestis

coelestis panis fructus in neophytiis cerni, quam in ceteris, neque immerito. Nam & fide & deuotio ne nos vincunt; quod nos ipsi abunde sumus experti. Feret commune proverbiū Indis est cum, qui semel Eucharistiam accéperit, nullum amplius crimen debere committere: quod si quando humana fragilitate admisum sit, tanto animi dolore tanta in leipsum indignatione commotum ad penitentiam venire Indum conspeximus, & tam duras de suo scelere penas exigere, vt ardorem fidei admirari sumus. Neque enim tantam inuenimus in Israēl: Scimus aliquor per simulationem diuino obrepissē conuiuio non induitos ueste nupciali, sed abeant simulatores: nos de vetē Abraham filiis loquimur, quos non dubitamus ab extreto hoc Occidente in mensa Domini cum Abraham, & **Matth.23.** Isaac, & Jacob præclare recumbere. Certè Eucharistia ipsa pro sua benignitate, & magnificēria novos mensas suā conuiuas largius locupletiusque videtur excipere. Quare cum perpetua totius populi Christiani confuetudine, cum majorum nostrorum ac Sanctorum Patrum autoritate, cum ratione ipsa perspicua, cum testarissima experientia doceamus nouis Indorum gentibus supersubstantiale panem communicare, quis deinceps tam erit coelesti beneficio ingratus, tam negligens filiatis fratrum, tam ipsius Christi Iesu gloria inuidus, qui non incepto hoc more longissime relegatus, sacram Eucharistiam audiē præsentim petentiibus fratribus arbitretur esse tribuenda?

CAPUT X.

Confutatio opinionis contrariae.

Aug. 1.7. **A**T perfectorum, inquit, panis est ille cœlestis, cibus grandium, ut Augustinus audituit, crescunt, & manducabunt. Inde vero manducunt, ut crescunt. Neque enim ego Angelorum panem, & supersubstantialem virorum atque perfectorum cibum esse nego: verum idem cibus est parvolorum, idem infirmorum alimentum. An non diuina sapientia postquam ædificauit sibi domum, & excidit columnas septem, & immolauit victimas, & miscuit vinum, & proposuit denique mensam suam, ita alloquitur conuiuas suos. Si quis est parvulus veniat ad me, & insipientibus locuta est, Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis, reliquise infantiam, & viuite & ambulate per vias prudentiarum. Parvulos ergo alloquitur, parvulos inuitat ad cœlestis mensa conuiuum. Nam cum diuines illi ac præpotentes variis ex causis venire *Matt. 22.* vocati recusatent, Rex qui lautas & splendididas epulas apparataat, seruos suos, ut debiles & claudos, & pauperes accrescent, misit, usque dum conuiuis domus regia impleretur: atque illud solum in conuiuis expostulauit, quod quidam vestem nuptias dignam non attulisset. An vero quos Dominus libenter vocat, & gratos haber, hos ministris.

SALVTE LIBER VI.

ministri iure fastidiant? Certe Sancti Patres, qui panem hunc perfectorum, & virorum in Christo cibum esse volunt, iidem debilium, & parvulum viribus augendis, & confirmandis, & medicinam, & alimentum esse apertissimum copiosè testantur. Non ergo quoniam minus perfecti in fide, & charitate neophyti sunt, repellendi sunt, sed multo magis inuitandi, & aliciendi, ut visu ipso panis hujus qui cor hominis confirmat, perfectiiant. Alij stoliditatem & impetitiam barbarorum nobis obiiciunt, indignum esse dicentes, si canibus & porcis margaritas projiciamus. Sed qui Christi lauacro purificati legitime sunt, canes certe, & sues illi non sunt. Quod si sensus horum exiguis est, ne tales quidem à se repellit benignissimus Dominus. Diuus sane Thomas tanta autoritatis vir iis, qui debilem habent vium rationis, non esse denegandum hoc Sacramentum, aperte scribit. Ut enim sensu & ratione parvum valeant, multum tamen præstabant amenebus, & phreneticis, quorum si anterior deuotio restata sit, infillandam illis arque infundendam Eucharistiam Sanctorum Patrum Canones iubent. Usque adeo pluris fuit fructus, quem hoc Sacramento homines percipiunt, quam species quedam religionis, quam multi hoc tempore præ se ferunt. Ac re vera non est tam Indorum sensus exiguis ad percipiendam Eucharistiam, quam Parochorum magna desidia ad porrigidam. Nam ut curam laboremque docendi, & preparandi plebem à se reiiciant, ruditatem & impetitiam

*Theo. 3. p.
q. 80. 4. 9.*

*Cit. Cap.
ibid. 4.c.
76. 26. q.
6. Is qui
in infir-
mitate.*

466 DE PROCVRANDA IN PORVM
tiam istorum obtendunt. Non satis discernit
Indus inter cibum sacrum & profanum, inquis.
At qui potest ille discernere, si tu nunquam hoc
docuisti? Non eam devotionem affer, quam
eportet. Quomodo vero aferet, si tu ad coele-
ste Sacramentum nunquam inuitas? Si neque
dignitatem commendas, neque immensam vi-
litatem doceas? Omnino experti sumus ipsi,
quam vehementer existentur Indi, cum haec
illis commemorantur, quam omnia & pol-
licentur, & praestent, ut licet eis de illo
pane edere. Quanta vero iniuria, quo do-
lore pulsentur cum intuentur Hispanos com-
municantes: quod si quem suorum hac men-
sa dignatum conspicunt, omnium studia ar-
dent, atque ad sece diffundi eam liberalitatem
vehementer efflagitant. Itaque ad docendam
fidei catechesin, & ad turpia quedam vitia pro-
fliganda ebrietatem praesertim, nullum reme-
diu[m] praesentius experti sumus, quam ut Sacra
communio premiu[m] proponeretur iis, qui & fi-
dei dogmata optimè tenebant atque exponerent,
& mores Christianos atque honestissimos pra-
ferrent. Certant inter se, cum ista audiunt, & gra-
tissimum habent, cum admittuntur, refectique se-
mel cibo cœlesti puritate mentis, & corporis
multò studiosius quam Hispani consequant, ut
redite licet ad mensam illam, ardenter exoptant.
Hoc Parochi complures minus credunt. At nos
non longè posita loquimur, faciant ipsi pericu-
lum, si zelum Dei habent, ac non negligenter
prætextum querant. Sed qui grauius & proba-
biliter videntur morem istum suum defendere,
illud

SALVTE LIBER VI. 467
illud obijicunt, quid non tuè prebeatur Eucha-
ristia neophyti, quippe qui veterem supersti-
tionem non satis exuerint, ferique posse ut in-
dignum aliqd in Christi corpus designent, cum
non constet satis animo an sint fideles. Iltorum
flagitia visitata commemorant, fôrtes praesertim
catnis, & temulentia. Talibus porrige sacra-
mentum nihil esse aliud quam in cloacam aut
fentinam projicere. Quibus equidem respondebo
non absque probatione, & examine panem
illum præbendum esse neque nouis, neque veteri-
bus Christianis. Quod si quis est fornicator, aut Cor. 5.
ebriosus, aut idolis seruens, cum eiusmodi etiam
communem cibum capete Apostolus vetat, nedū
cœlesti mensa communicare. Verum hoc neq[ue] om-
niu[m] neophytorum est, neq[ue] illorum, tales sunt
ali quando morbi alter in illis curandi sunt, quam
in cœteris fidelibus, quorum nouimus corruptos
mores, & vitam admodum flagitiosam legitima
penitentia & confessione detergunt, atque ita salu-
bri satisfactione purgatos, ut ait Leo Papa, ad co-
munione admitti. Cur igitur non idem apud In-
dos indulgentia erit, quibus eo magis cum labun-
tur venia danda est, quod ignorantia potius, & im-
becillitate quadam, quam animi perueritatem labor-
ant. Itaque vel ad ipsa istorum vitia amputanda &
tollenda singularis remedij est, diuinâ communio-
nē iis, qui ab ebrietate, & cœteris fôrdibus diligenter
cauent, præmium ponere. Neque enim ubi per-
specta est superstitionis antiqua aut ebriositas,
aut fœda consuetudinis macula, ad altare Indus
debet admitti, nisi contraria opera illam ma-
ifeste & diligenter eluerit. Nam eti[us] veniam
Le 1. De
panit. d.
t.e.mul-
tiplic.

G g Abafoni

s. Reg. 14.

Absaloni filio, Iobao interpellante sapientissimum
 David negare non potuit, ingressum tamen Hierusalem à suo coniunctu per biennium abstinere
iussit. Intelligent Indi quod communione priuantur non esse nationis, sed etiminis: & uniuersum Christianos concedatur, sed non Christiano dignis moribus subtrahatur. Neque ego nimiam modo frequentiam Eucharistiae in Indis probo, fortassis enim facilitas contemptum patiet. Sed illud contendeo, ut quotannis nisi ex certa causa communicentur, ut Ecclesia præcipit, tum præcipue, ut cum de vita exuent, & ritè sacerdoti confessi sunt, viatico necessario ne priuent, quemadmodum habet Nicænus Canon. Quinam autem indigni, inepte sint, quibus Angelorum panis præbeatur, sacerdotum ipsorum auditia confessione cæterisque perspectis, iudicium esto. Sacrilegiorum vero, qua quidam aut metunt, aut insinulant, profectò periculum nullum est, aut per quam rarus. Neque enim Indi Iudeorum more aucti sunt à mysterio Christi, neque est timendum, ne contumelia afficiant sumptum Eucharistiam, quam revera venerantur, neque eius generis exempla hactenus certa vidimus, quin potius quod ad exterritum cultum attinet, multo quam veteres Christiani ad religionem propeniores sunt. Quod si pueris olim, & phreneticis Eucharistia dabatur, ut Ecclesiastica historiæ copiose refertur, neque id contra religionem confiebant sancti Patres, cui illi sacramento fuit iniuria, si pauperes & egestes iuxta Psalmum edant, & faturentur, qui si iudicio aut doctrina minus interdum vident, id

satis

satis animi pietate, & fidei necessitate compensant? Patruoli sanè panem petunt, & ad sacramentum desiderio, & Fidei anhelant, sed qui frangat docendo, & comminuendo eorum captui conuenienter, ratus omnino est. Præparare ergo debemus Indorum mentem & Fidem, atque ita probatis, & præparatis panem celestem dare: sed (quod plerique facimus) quia præparare piger, ad accipendum indigos acculare magis placet.

CAPVT XI.

De necessitate Confessionis.

AD Pœnitentia sacramentum venio, quod à patribus quartum numeratur, quamvis vulgo Eucharistiam præfere soleat. Est autem Confessio peccatorum post baptismum lapsi non minus necessaria, ut est à Spiritu sancto in Concilio Tridentino definitum, quam nondum regeneratis ipse baptismus. Quod si vbique gentium singularis haec medicina imbecillitatis humana cognoscenda predicandaque est, nouis certe Indorum populis post fidem Christi, nihil est & cerebris & accuratius repetendum, quod vna haec salutis illorum spes superfit. Paulus prædicabat S. 14.
cap. 3. Fidem in Iesum Christum, & pœnitentiam in Deum. Christi ille quidem tantam volebat apud homines autoritatem existere, vt non tam credibili in Deum credere eos admoniceret, quod faci-

G g 2 le

aperta perfudat, cum per claves Ecclesiae detur
vera absolutionis culpa, idque per se & ex propriâ
institutione, cum sit etiam morbi lethalis medicina
præsens, sit leprosæ ostensis purificatio operato-
ria, sit denique mortuaæ animæ à morte peccati
excitatio, quemadmodum sanctorum Patrum
literæ produnt: tuum maxime me confirmat quo-
tidiana diuinæ operationis experientia, si tamen
occulta operationis experientia dici debet, re-
ducia quedam de mulierum hominum salute cer-
tissima. Cernimus planè infinitimæ animæ
minus perfecto dolore pro sceletum magnitudine
commotoras ad hoc sacramentum accedere, quibus
postquam quod in nobis situm est, praeflamus,
& de Dei immensitate confisi sacramen-
tum absolutionis impendimus, adeo cælestium
donorum, quantum homini coniuncte datur, testi-
monia non obscura succedunt, vt nihil aliud
cogitare possumus, quam quod verillima bonitas
dixit, Quæ soleritis in terris in celis soluta
erunt. Quamobrem non est cur quicquid de In-
dorum salute desperet, neque corum tenues co-
natus, & examinationes conscientia, & minus
accuratas peccatorum enumerations, & doloris
non vlique adeo expressa signa, & cetera pro
eorum captu non magna contemnat: sed quantu-
m potest, ipse adiuuet fratrem, & infirmum,
vt ait Paulus, in fide afflumat, agat denique quod
potest, id verò omne, quod restat, diuinæ cle-
mentia committat securus, qui exiguo facile con-
cedit misericordiam, & laborantem ac lassum refi-
cit, & hoc habet ipse refrigerium, si reficiamus
ægrotum, & sciamus animam laßam sustentare

*Matt. 18*i*
*Ioan. 1*a***

*Rom. 1*4*
*Sap. 6.
Ezai. 2*8***

*Ezai. 5*0**

470 DE PROCVRANDA INDORVM
le sensu humanus admittit, quam in Iesum Christum, ut ciuius diuinitas esset restata, coique fides
perfector quo sensu humano superior. Contra, Pœnitentiam in Deum maluic dicere quam in
Christum, ut cum gr̄minum quisque suorum
meminisset, Deum ipsum non hominem solum
sibi offendit, & iratum cogitans, vehementius
doleret. Quoniam vero pœnitentiam etiam ante
baptismum ita necessariam esse confortat, ut tan-
men sine baptismo vel te vel voto suscepito non
sufficiat, consequens est proflus, vt qui primam
regenerationis stolam maculauit, & pœnitentia
indigat, & per claves Ecclesiae gratie restitu-
debeat, sine quibus salutis aditus nemini post ba-
ptismum lapso patere potest. Barbaris autem, quo-
rum est sensu natura imbecillior, Fides verò
non admodum excitata, rapum est valde, ut per-
fectus ille dolor, quem contritionem dicimus,
de criminibus commissis hæret, quo magis di-
uinæ medicinæ auxilio excipiendi adiuvandique
sunt, vt quod homini open deest, cœlestis la-
cramenti vis supplex. Nam quòd Absolutionis
beneficio dolor ille non vsquequaque perfectus,
qui à plerisque attrito, à nonnullis imperfcta
contrito vocatur, valeat ad salutem & primam
iustificationis gratiam consequandam, tam mihi
certum est, vt inter Catholica dogmata propemo-
dum numerandum putem. Neque obscure Tri-
dentini Patres id docuisse videntur, cum eam ar-
tritionem, qua per se non iustificat, ad iustificationis
gratiam in sacramento Pœnitentiae im-
petrandam valere declarant. Mihi verò & ratio-

472 DE PROCVR ANDA INDORVM
sermone , & de tenui offerentem Domino , quod
habet , non aspernemur . Equidem horum mifer-
rorum confessiones imperita securius audio ,
quam hominum præpotentum expolitas , & ma-
gna doloris significatione profulas . Cum ergo in
hoc sacramento vnica sit spes salutis Indorum , præ
omnibus & diligentius & crebrius meditandum
prædicandumque erit .

C A P V T X I I .

*Confessionis peccatorum usum Indis in sua
superstitione fuisse.*

Illiud autem merito mirari quispiam possit ,
Confessionem peccatorum etiam occulorum ,
& grauium celebri viu apud hosce barbaros longè
ante Christi Euangeliū auditum , frequentatam .
Erant sacerdotes non pauci huic ipsi munici
neti assignati , qui plebis audiendis confessioni
bus vacarent . Atque ad singula de prompta pec-
cata ex manipulo quodam scenicalum frangens
sacerdos , ab eo videlicet criminē liberum pronun-
tiabat . Vnde apud superiores Provincias Ychu-
syres eiusmodi sacerdotes vocabantur . Ac ut mihi
quidem narrabant Chucuiti Parochiarum præ-
positi , non omnes omnium criminum absoluendorum
parem potestatem habebant : sed grauola-
ra quædam facinora apud primarios veluti Pon-
tifices deponere v̄sus erat . Hanc ergo confuetudinem
inter idololatrias barbaros religiosè obser-
uatam

S A L V T E . L I B E R V L 473
utam mirari , vt dixi , merito possis . At illud
non admirationem sed stuporem mihi propemo-
dum afferit , valuisse tantum Diaboli hominum
que mendacium apud homines , vt non solum oc-
ulta crimina proderent , sed saevas etiam penas
sibi pro iis iniungi aquo animo patarentur . Iube-
bantur sepe expandi adulterij aut alterius scele-
ris causa , durissimo faxo ad capsulas tundi forti-
ter , interdum à iuuenibus diu virgis cadi , non
raro si sceleris magnitudo acerbius aliquid postula-
re videbatur , in excelsam atque omni solatijs
generi destitutam rupem secedere , & longum ibi
æuum , ferarum more traducere . Complura iam
cius generis narrant , quæ fabulis similia videri
possebant , nisi nobis superstites adhuc senes , quo-
dam decrepitos eo munere olim apud suos fun-
ctos viri hinc digni offendissent . Cauiam ego hu-
ijs confuetudinis , barbarorum illam potissimum
probo , quod Diabolus per omnia in Dei simili-
tudinem etiam nunc infaniens , sicut se Deum
adorari & salutari mortalibus illos persuasit , ita
Dei veri sacramenta religioaque instituta trans-
ferre ad se falsa quadam imitatione contendit .
Nam quò aliò spectat , quod in Cuzquensi vrbe
Ingarum imperio celebri , Eucharistie nostra um-
bram quandam & simulachrum adhibendum
curavit ? Cum ex massa sacrificij nectio cuius sanguine
asperga buccellas quædam solemnes singuli
acciperent , atque comedenter , quibus Princi-
pis Inga fidem , & societatem sibi cordi esse v-
que ad fundendum pro ipso sanguinem testaren-
tur . Atque ad cum modum felto quodam die pe-
regini præsertim atque aduenæ communicabant .

474 DE PROCVRANDA INDO RVM
Prætereo Trinitatis imaginem in Tangatanga apud Sacacas veteri more cultam, omitto alia complura, quæ curioſe huc accertare possem: quibus cum fidem olim barbari haberent, minus difficultes ad credendum, cum nostra narramus, se ſe præbent. Sed diſimulari profeſio, non potest, quam nobis erubescendum fit, quod à Satanae ministris ſuperemur, cùm ad ſalutares & diuinatas institutas confeſſiones perſuadant pigriores ſimus quam illi ad ſauas illas fuas carnificinas. Gratulandum verò eft in tanta mentis humanae cæcitate, eſſe aliquem ſcelerum ſenſum, non nullum conſcienciae aculeum, quo tranquillitatem ſuam occulto veneno expoſito querere quodammodo cogitur. Et quia vera remedia minus occurrunt, falſis ſe faltem, vt potest, recreat, atque ſuffert. Tanta eft culpa intus latentis viſ. Quo magis fidere debet Christi ſeruus, & vetam peccatorum omnium medicinam penitentiam per ſalutarem confeſſionem ostendere. Facile ſibi perſuadent Indi Confeſſionis Sacramentalis vium & vim, neque reculant certe medicum (& ſi plerique contra calumniantur) modo eum eſſe perſpiciant, qui verè medicus fit, non infestus carnifex, aut auarus prædo animarum.

C A P V T XIII.

De peritia Indice lingue confeſſionibus audiendis neceſſaria.

QValem vero eſſe oporteat medicum, quo ſalutis animarum zelo feruere, qua peritia appetiendis

SALVTE. LIBER VI. 475

riendis curandisque vulneribus praeditum, fatis ut arbitror, ſupradixi. Attamen fermonis Indici peritia quantopere deſideretur, hoc maximè loco apparet. Cum neque paenitentium criminia agnoscere neque ſalutariter prouidere niſi lingua ministerio poſſit. Cuius qui expers fit, turrim Babelicam non Euangelicam eſt adiſicet, neceſſe eſt. Et *S. Th.* quamvis inter viros Theologos fatis conueniat, *& reliqui* confeſſionem etiam per interpretēm reddi, atque accipi poſſe, ijdem tamen æque conſentiant, nulla aut diuina, aut Ecclesiastica lege homines ad cum confeſſionis modum compelli, quippe cum lex Dei ſuavis & æquitas plena noſtit cum tanta tua moleſta ad conſitendum peccatorem cogere, cum praesertim pudore metuē humano, qui vbi tertius adeſt teſtis aut arbitrus, maxime virget, ne confeſſiones integras inſince, atque fierent, merito verendum eſſet. Quamrobre conſultū fagi in Limensi Synodo Patres ne Indorum confeſſiones per interpretēm Parochi excepint, graui proposita mulcta vettuerunt. Quid tamen decretum non co pertinet, vt non liceat ſponte ſua volentes Indos per interpretēm conſitteri morbo praefertim periculoſo opprefſos audire, vbi ſacerdotis Indice docti copia deeft, arque eo faltem modo horum ſaluti conſulere, quod à quibusdam religioſe factum nouimus, & ratio ipſa monet, vbi penitens ipſe iacturam eam omnem p̄ꝝ ſalutis ſue deſiderio contemnit, non oportere spiritualē medicum labotri, vel ſuo, vel illius parcerere. Neque verò hoc Sancti Leonis antiquo *Leo episc.* Canoni fol. 78.

Canoni contrarium est, qui solum reprehendit, & vetat: Ne populi auribus professo publicè recitetur, cum reatus conscientiarum insufficientia solis sacerdotibus indicati confessione secreta. Nam & nonnullas confessiones cum alijs plures interferent ab antiquis Christianis factas esse historiæ produnt, & hi ipsi barbari sclerum suorum notitiam falsis sacerdotibus reddere frequente corona non verebantur. Verum quia hoc & rarum est, vt penitens libenter accipiat, & quæ necessitate sunt, prater legem sunt, nullo modo potest salua conscientia Parochi munus usurpare, qui per se ipsum Confessiones populi sibi commissi hoc est sine interprete audire non possit. Quod si bona fide præfaturam non tam à se quæstam quam ab Antistite suo sibi impositam agat, & quamvis non omnia optimè intelligat quæ penitens loquitur, plurimi tamen & communiora & graviora non ignoret, atque ipse vicissim opportuna consilia adhibere medio criteri possit, non erit deterrendus ab eo officio sacerdos, cum peccatores præterit desunt, & zelo ipse spiritus sermonis inopiam abunde compensat. Tuttissima res obedientia est, & sola, vt Damascenus ait, citta periculum.

CAPVT XIV.

De prudentia Sacerdotum & tolerantia.

SE monis ergo Indici peritum oportet esse sacerdotem; verum non minus morum & inge-

Damascini
Histor.

nij

nij Indici peritum. Idololatriæ genera & flagitorum & ceterorum, in quibus frequentiores sunt, vel experientia ipsa disserit, vel aliorum commemoratione cognoscet. Sunt etiam nonnulla commode litteris commendata. Ex quibus omnibus ipse sibi Indicem conficit, ad quem confessiones examinet, quatenus opus esse prudentia persuaserit. Neque enim omnes eodem modo examinandi erunt. In eum usum tum ab aliis, tum à nostris nuper Confessionalia quedam prescripta sunt, vtrique lingua his regionibus communī Quichua, & Aymara, qua ruidibus, & tyronibus magno adiumento esse possunt. Quamvis autem & peritia sermonis, & industria opus sit, tamen ad confessiones audiendas neophytorum sacerdos longè sibi ampliorem patientiam, & animi tranquillitatem comparare debet. Hæc enim præcipua supellex est, cuius maximè inopia fit, vt nihil proponendum in curandis conscientiis Indorum plerique proficiant, plurimi etiam deteriores redant. Arquæ in nostris sanctis sacerdotibus illud miraculi loco inter se se Indi vulgo & suspiciunt & celebrant, quod Patres ijsint, qui conscientem audiant libenter, quantumcunque illi in suis explicantis criminibus immoretur, & postquam qua in mentem vencint, finem dicendi fecerit, tum præclaris quibusdam interrogationibus, quæcumque memoriam effugerunt, meminisse cogant, atque ipsas viscerum fibras veluti appetiant. Cuius rei nouæ scilicet, atque institutæ a deo celebris fama plerosque commouit, vt longissimis itineribus ad nostros venientes viderimus, nihil aliud præferentes, quam vt contingere pect-

cata

cata apud hosce Dei ministros (ita enim illi lo-
quuntur) deponere , qui libenter audiant , quæ
quisque confiteri cupiat , & se se accusantem pec-
catoriem benigno sermone recteant , atque eri-
gant , & quod omnium maximum prodigium
putant , audita confessione nihil sibi neque pretijs
neque eleemosyna loco dari patientur , quin poti-
us si qua te Indus indigeat , opem ipsi libenter
ferant . Quia opinione incredibile est quantum In-
di proficerint , vt nullo modo dubitare possimus
penitentiam his gentibus à Domino Deo datam ,
ministrorum culpa fuisse minus haec tenus fructuo-
sam , candem futuram fructuofissimam , si vel me-
diocrem animi alacritatem in excipiendis infirmis
medici spirituales præfertant . Sunt ergo Indi au-
diendi toleranter , sunt inuitandi benigne , cri-
gendi sapienter , sunt denique in omnibus æquo
animi ferendis . Charitas enim omnia fultinet , om-
nia suffici , & in spiritu lenitatis præoccupatum
aliquo delicto instruere docet .

*1. Cor. I, 3.
Gal. 6.*

C A P V T X V .

*Quod Confessiones non sincere fiant ,
potius sacerdotum , quam Indo-
rum fieri culpa .*

Quibus ex rebus facile intelligere possumus ,
quod plurimi Indorum malignè sacramen-
to penitentia abutantur , non sinceras , neque
integras peccatorum confessiones facientes , sed
falsa

479
fucatas ad speciem , & mulcas , non tam ad iplo-
rum referendum esse malitiam , quam ad Paro-
chorum saevos mores , & imperiosam quandam
austeritatem , qua infirmum & scabiosum pecus *Ezech.*
fastidium , & calce abijectum , qui errantes oves *14.*
fundat potius & baculo terrent , quam sibilo leni
colligunt , immemores proflus illius magni pafto-
ris , qui dixit , Sibilabo eis , & congregabo illos , *Zach. 10.*
quia redemi eos . Profecte si fideles Hispani con-
fessariorum nacti essent talem , sauentem & magis
finire propterant , quam audire omnia curan-
tem , tatus omnino , qui integras confessiones fa-
ceret . Metus ergo Parochorum , & quod ex me-
tu oritur odium , cogit Indos nihil veri & sinceri
apud illos dicere . Cuius rei nullo alio testi-
monio opus est , quam quod faderem nacti be-
nignum , patienter audiensem , & commiserantem
potius , quam superbe indignantem , certatim ad
Confessiones faciendas nullo urgente accurrunt
illi ipsi Indi , qui Patrochis suis vix vi post an-
num , vt confiteantur , adduci possunt . Incredibili-
bile est quot millia confessiones generales fe-
cerint apud eos religiosos , quos sibi vere patres
arbitrantur , quam sponte , quam aperte , quo
animi dolore , qua sui detestatione infandissima
etiam scelera totius anteacta vita detergant , qui-
bus lachrymis , quo gemitu , & singulu corpus
suum acerbe tundentes ac vellicantes , & lefe
totos intimo morore conscientes , quod iam
tandem Parochi non pauci , & agnosceré , &
admirari coepunt . Quid oro est , Cur Indus
cum ita ægorat , vt mortem sibi impendere exi-
stimet , vtro accerit Parochum , & intimas con-
scientias

480 DE PROCVRANDA INDOVRM
scientia plaga exponit : Profecto Fidem suam
satis Indus , cum fingere nihil est opus , ostendit.
Itaque moriturus libenter crimina omnia etiam
immania prodit , quod tamen sospes saepe facere
recusat. Hic quis non videat metum homini's me-
tu mortis superari ? Quod si sanus , & saluus ho-
minis alperitatem & minus sibi aquam animum
minime offendetur , facilius ac libentius res ipsas
ut sunt, proditus esset.

C A P V T X V I .

*Contra errorem illius , qui scripsit Con-
fessiones ab Indis esse tollendas.*

Q Vd magis ridenda est (si modo sis ac non
potius acri dolore tam absurd'a blasphemia
excipi debet) Theologi illius sententia , qui opti-
mè consultum iiri Indis & dixit, & scripsit, si con-
fessionum obligatio tolleretur , Ne tot , inquit,
& tam grauia sacrilegia perpetrare cogantur.
O stultam hominis vocem , qui cum sibi sapienter
Indorum saluti consulere videatur , nihil aliud
agit , quam ut illos interire vnico sublato reme-
dio cogat ! Si peruersis remedio quovis abutenti-
bus ita est ratio medendi , tolle matrimonia , ne
adulteria siant , aufer Ecclesias & sacra omnia , ne
sacrilegi sint , denique nullū sit humane imbecil-
litatis remedium , ne malitia conuertat in virus.
Quin potius apud recte ac sapienter extimantem
omnia est , pluriis quod pauci electi per medici-
nam

S A L V T E . L I B E R VI . 481
nam sanantur , quam quod plurimi reprobri per
illius abusum deteriores sunt. Atque haec quidem
ita dicuntur , quasi consultationis humanæ esset
de Penitentia Sacramento conferre: cum vero ut
sacrofanea Concilia tradunt , totiusque confen-
sus Ecclesia , diuini iuris illud sit , diuina autho-
ritatis , neque aliud post baptismum lapsis reme-
diū superesse Christus Dominus sanxerit , quam
infane , imo vero quam heretice prorsus dicitur , ut confessionis faciē obligatio abrogē-
tur iis , quibus nulla est alia salutis reliqua spes ?
Quin nos ipsos potius accusamus , atque emen-
damus , & animarum medici efficiamur , & pa-
tres nos non satellites esse meminimus ? Haec
enim expedita , & certa ratio est ad euitanda
sacrilegia , qua in confessionibus Indorum per-
petrantur.

C A P V T X V I I .

*Quas satisfactio[n]es Indis iniungere
oporteat.*

Q Vas autem satisfactiones iniungere conue-
niat , prudentia docebit. Cum intimo ipsi
scelerum suorum dolore pulsantur , ultra pergrates
sibi imponi flagitant : & si sacerdos indul-
gentius forte se geficerit , ipsi eas atripiunt. Ad eō
fervor spiritus , ubi semel accensus est , magnus
conatus excitat. At plerique imbecilliores sunt ,
neque ea animi similitudine , ut tam graues pte-
nas

nas de se exigant. Quid ergo? Abiciendine erunt?
An expectandū vñque dum spiritus ita incalcat.
vt pares delictis p̄cas exoluere velint? Id quidem
est, & Dei potius dono, quam hominis industria
sperandum. Ergo quod Christus oīi erant pre-
fūrit, vt vix dum ab errore conterfam, vt Dio-
nysius dixit, in humores factos attolleret, id

Dion.
ap̄f. 8.

Cave. Tri.
ſef. 14.
cap. 8.

Matt. 23.

ip̄sum Christi imitatori faciendum est, si salutem
hominum amat, vt non plus imponat oneris,
quam ferre illum posse viderit, atque in se, quod
fratri deest, supplet & peragat, adimplens ea,
quæ defunct passionum Christi pro membro ip̄-
suis. Nam sicut alienorum peccatorum participes
efficiuntur, qui leuissimas satisfactioñes pro
grauiissimis delictis iniungunt, vt sancti Pa-
tres tradiderunt: ita Phariseorum est, alliga-
re onera graui, & importabilia Christi san-
guinem non infideliter dispensare is credendus est,
qui se se vitibus penitentiam accommodat, cum
præsentem non tam animi prauitate quam infirmi-
tate quadam maiora non audent, miiora libenter
suebunt. Salutares igitur satisfactioñes Indis in-
iungere oportebit ex iis prædictis, que aut con-
fueridine, aut commoditate freti non mendaciter
se se peracturos polliceri videantur: ita pro-
fus ut excitentur potius quam terrcentur, ne odio
in sacramentum concepto, cum opus deinceps
fuerit, redire ad medicum perhorrefcant.

CAPVT XVIII.

De Extrema-unione.

Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesie, & orient super eum vngentes eum in nomine Domini, & oratio fidei salutabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Hoc sacramentum Extremæ-
unioñis à Patribus sacramentum excusum vo-
catum est, & toto vita Christiana consumma-
tum existimat, quo Dominus clementissi-
mus finem vitæ tanquam firmissimo praesidio mu-
niuit. Nam eti aduersarii nostri occasiones per
omnem vitam querat & capter, vt deuorat ani-
mas nostras, quoquomodo possit, nullum ta-
men tempus est, quo vehementius ille omnes ver-
sutia sua neruos intendat, ad perdendos nos pe-
nitut, & à fiducia etiam si possit, diuinæ misericordiæ
deturbando, quām cùm impendere nobis exi-
tum vitæ perficere. Vnctio ergo hæc sacra delicta,
si qua sunt adhuc expienda, ac peccati reliquias
abstergit, & ægroti animam alleuiat & confir-
mat, magnam in eo diuinæ misericordia fidu-
ciam excitando, qua infirmus sublevatus, &
mali incommoda, ac labores leuius fert, & tem-
tationibus Daemonis calcaneo infidiantis faciliter
resistit, & sanitatem corporis interdum, vbi saluti
anima expedierit, consequtur. Hæc sunt que Fi-
delibus omnibus ex tam salutari sacramento pie
suscepto bona conferit sancta Synodus Tridentina

læc. 5.
Ex Cœne.
Tri. ſel.
14. r. 1. &
cap. 2. de
extre.
nd.

H h docet:

484 DE PROCVRANDA INDORVM
doceat: à quorum confortio & fructu cur obfe-
cro excludantur nouæ stirpes Indorum, cum
baptizati sint sicut & nos, & Fidem eandem pro-
fiteantur, & in mortis dilectione sibi ab Ecle-
sia auxilium praebeti vehementer cupiant? Ma-
gna hoc inhumanitatis in fratres genus est,
cum præterim si qui omnium mortalium hi ma-
xime cum extremi temporis tenentur angustiis,

*P. x. Con-
cil. Lim.
conf. 75.*

*A. 13.
2. P. 2.*

Conf. 75.

praefatio Ecclesiastico indigant. Etenim idolorum
Pontifices & vencifici, quorum hodie quoque ma-
gna copia superest, qui summopere Christianæ
religionis oblitunt, ceterosque decipiunt, iij omni
opera & ratione ægroris periclitantibus persuadent,
vt iuxta præfam suam superstitionem apud
ipsoſmet conſtreantur, atque idolis ſibi placandis
& conciliandis sacrificia offerant: multaque alia
impie & facilege präcipiunt misericordia, qui ut ſunt
natura timidi, minuſque ad Diaboli fraudes co-
gnoscendas inſtruunt, tum antiqua conſuetudine
alliciente, & mortis periculo terribi facile ciuſmo-
di fallacibus promiliſ animum adhucit. Quam-
obrem aduerlus hos filios Belial, veritatis inimi-
cos, qui vias Domini rectas nō ceflant peruertere,
& allicient animas infatibiles in æternam damna-
tionem, opus est Christi tyronibus firmissimo aliquo
præſidio: nullum vero excoſitari potelli diui-
no Extrema-vnctiōnis Sacramento prästantius.

Quibus rebus adducta Synodus Provincialis de-
cernit, & präcipit, vt ſacerdotes nullo modo Indos fideles iam rite confeffos, aut ſi minus id licuit,
contritionis signa präfeſentes ſine hoc tam fa-
luti remedio de vita exire patientur. Et decretum
quidem totius Ecclesie ad omnes fideles in ge-
nerali

SALVTE. LIBER VI. 485
terali Concilio legimus, peculiare verò ad In-
dos fideles in Provinciā Synode repetitum, &
magnopere commendatum cernimus: utrumque
vero re ipſa vñq[ue] adeo neglectum ut pene facti-
legij loco ſit, si quis de Indo inſtimo vngendo co-
gitet. Neque ego ſanè intelligo quoq[ue] tam fo-
liida noſtrorum conſuetudo ferenda ſit.

CAP V T XIX.

De Sacerdotio.

DE Sacerdotio inter Indos pauca ſanè präci-
pienda ſunt. Nam quod ad ipſos attrinet, fat-
ſciunt ordinem eſe ministrorum à Domino in-
ſtitutum, & Deo ſerviant, & populo prafint, illi
ad altaris ſacrosancta mysteria, huic ad remittenda
peccata, & verbum Dei proponendum, authorita-
te diuinis data. Atque velnam ut hi ſacerdotium
venerantur, & tanquam munus cœleſte ſuſpi-
ciunt, ita nos vita ſanctitate tanto muneri pares
eſſemus. Illud autem prudenter eſt à maioribus
conſtitutum, ut nemo ex Indorum genere, ſa-
cerdotio aut gradu aliquo Ecclesiastico done-
tur, neque ſacras uestes in ministerio induat: tan-
cum ut liceat Indis fidelibus inſtituire altaribus
acolythorum more, in choro psallere, aditu-
rum officia fungi, ſuperpelliceis inter hec tan-
tummodo indui. Nam inferiora hec ad eos co-
hortando, & in religione Christiana conſirman-
dos plurimum valent. Mirificè his delectantur, &

*Con. Lim.
Conf. 74.*

H h 2 primo